

apparet; Quandoque enim qui sanctus vir & bonus est, a prior & diligentior est ad Ecclesiam vacantem gubernandam viro sanctiori, qui non ita diligens est, nec aptior ad regimen illius Ecclesie, quate huic preferendus ille erit, vt S. Thom. præcipue in *distis quodlibet*. & ceteri Theologi passim docent, quos sequitur Couarruias *ubi supra*, dicens idem seruandum esse circa doctrinam & eruditionem; Nam frequentissime, qui doctior est, non ita conuenit muneri publico, sicut alter, qui doctus est & doctrinam habet satis sufficientem ad munus, quod ei confertur: Enimvero licet occurrat vir literis clarissimus & prudentia conspicuus, est tamen vecors vel aliis implicitis negotiis, de quo non est tanta spes, quod prædicabit aut gubernabit secundum suas dotes, vel forte et si sit optimè moratus, publicis tamen est negotiis ineptus, huiusmodi profecto hominibus ille preferendus est, qui licet huiusmodi dotibus non sit tam potens, speratur tamen curam sollicitudinis habitutum diligentiamque ad suum munus exequendum habitutum: si autem euentus tui præter eligentium spem aliter subsequantur, nihil electionem conuenit, vt si negligens postmodum reperitur, qui dignus prius credebatur, secundum Dominic. à Soto d. lib. 3. de *iustitia & iure*, *quæst. 6. artic. 2. versic. præterea*, sequitur D. Molina, lib. 2. de *Hispanorum primogeniis*, cap. 5. num. 73. & Didac. Perez *ubi supra*, column. 255. in *versic. quæro quia*.

66 Quo sit, quod si vnus doctior sit & sanctior, sed non ministrabit Ecclesie, quia non residet, & alius non ita doctus, & minus sanctus residet & seruet Ecclesie sedulo, hic indoctior, dummodo bonus & dignus sit, erit dignior ac conuenientior minister, & non alius, qui absolute doctior & sanctior est, quia tunc illa doctrina & sanctior vita nihil proderit huic Ecclesie, postquam ille non est ea vsurus: ita colligitur ex Thom. & Ledesim. *ubi supra*, in d. *versic. 2. est magnopere*, & c. iterum fol. 256. column. 2. in *versic. quid autem fiet si vacat*, & c. In summa itaque ille, qui bonus & dignus est, præficiendus erit Ecclesie, vel beneficio aut muneri publico, qui ad prædictam Ecclesiam vel munus gubernandum aptior & conuenientior omnibus perpenis & consideratis est, non verò sanctior vel doctior, qui tamen in ceteris non ita aptus est illi ministerio, sicut primus non ita doctus nec sanctus, quia ad maiores qualitates morum & literarum absolute attendendum non est in hac materia, sed ad illas solas quæ rei de qua agitur, melius expediende & inseruiendum, magis proficiat ac vtiliores erunt, dummodo præficiendus siue eligendus sit alius bonus ac idoneus vita, moribus & doctrina: quod etiam fuit de mente Felin. in *cap. cum adeo*, num. 6. de *rescriptis*, dum dicens, quod melioribus conferri debent beneficia, declarat, quod Episcopus non tenetur conferre meliiori simpliciter sed meliiori quoad prouisionem talis beneficii, quem refert & sequitur Quintil. Mandol. in *regula 21. de impet. benef. vniuers. quæstion. 3. num. 2.* Vnde Petrus à Nauarr. lib. 2. de *restitutione* cap. 2. num. 149. dum dicit, quod ad vitandum peccatum non videtur necessarium, aut quod sit eminentior, aut quod sit literatus, sed satis est, quod suum munus exequi sciat & soleat, vel intelligi debet iuxta proximè dicta, vel non rectè sic simpliciter loquitur, aniam forsitan præbens prelatis aliisque electoribus minus circumspicendis eligendi in posterum aptum ad officium vel beneficium, omisso aptiore: Non enim sufficit, quod eligendus suum munus exequi sciat & soleat, si prætermittatur alius, qui melius id faciet, tunc autem procedere potest eius dictum, quando ille eminentior aut

literatus, non ita æquè exequetur illud munus sicut electus, vt constat ex *supradictis*, & ex eodem auctore, *dist. cap. 2. n. 160. versic. quia vt benedum* sequitur Soto & Couarr. inquit, quod ille dicitur idoneus, qui ad officium, ad quod eligitur aptior est.

Sed quia *supra* egimus, quod incidenter aliquantulum de impediende digniore & confectione beneficii, & ad hunc locum remissi lectorem, nunc pleniori manu rem agens, eam per aliquot conclusiones propositas perstringam.

Prima conclusio: Impediens dolo, fraude vel vi, quod beneficium detur digniori, vt idoneo conferatur, tenetur ad restitutionem, eo modo, quo Sanctus Thom. distinguit, vt dicitur *infra in 6. conclusione*: hæc est communis sententia Theologorum, vt prædiximus, eamque sequitur Petrus à Nauarr. lib. 3. de *restitutione* cap. 5. num. 12. & nouissime Ludouic. Carb. de *restitut. quæst. 30. in 6. conclusio. & rursus in 8. conclusio. vbi quod in hac specie restitutio non est faciendæ Ecclesie, sed digniori vel digno impedito: & procedit, etiam si abique vi & fraude impeditur beneficii collationem digniori fieri, nempe precibus & sollicitudine, aduertens sciens ex his digniorem impediti, quoniam legem infringit iustitiæ distributiue, & præterea damnum alteri aduersus iustitiam commutatiuam infert, in re prope iam e qua sita: ita Dn. Couarr. *ubi supra*, num. 8. *versic. tertia conclusio*, sequitur Petrus à Nauarr. *ubi supra*, num. 10. quæ sententia mihi placet, tametsi Ioseph. Angles *ubi supra*, pag. 212. in *fine*, contrarium expresse teneat, qui in principio pag. sequi, *supra* dictam primam conclusionem expresse probauit abique præd. ampliat. Cou. sed eam probat post hæc scripta Magister Aragon. in 2.2. *quæst. 62. pag. 211. versic. sexta conclusio*.*

Secunda conclusio: Impediens ne detur beneficium digno vel digniori, etiam sine dolo, vi & fraude, precibus tamen, aduertens id fieri, vt immerito & indigno detur, tenetur ad restitutionem digno vel digniori faciendam, in quo omnes concordant, secundum Couarr. *ubi supra*, *dist. n. 8. versic. 4. conclusio*, Aragon. *ubi supra*, & in hac specie etiam Ecclesie aliquid restituendum, vt probat Ludouic. Carb. *ubi supra* in 9. *conclusione*.

Tercia conclusio: Impediens vt inique & quomodo docunque, ne beneficium detur alicui etiam digno, vt digniori conferatur, non tenetur ad restitutionem, vt deducitur ex D. Thom. 2.2. *quæst. 62. artic. 2. ad 4. & Paludan. in 4. sententiarum dist. 15. quæst. 2. art. 2. Syluestro verb. restitut. 3. quæst. vlt.* sequitur D. Couarr. *ubi supra*, *versic. 1. concl.* Petrus à Nauarr. *ubi supra*, n. 4. vbi idem si aliquis impediatur legatum diuiti, vt pauperiori vel hospitali relinquatur: tandem coneluf. sequitur Ludouic. Carb. *ubi supra*, d. *quæst. 30. concl. 4. la. 1.*

Quarta conclusio: Impediens beneficii, aut publici muneris collationem, ne ea fiat digno, vt detur & fiat æquali digno, non tenetur ad restitutionem, quia hic nec iustitiæ distributiue ius infringitur, ita tenet Caietan. d. *art. 2. versic. ad Primum*, Palud. & Sylu. ac Couarr. *ubi supra*, *versic. 1. concl.* Ledesimius *ubi supra*, fol. 254. column. 3. in *princip.* & Mercad. statim citandus, & procedit, etiam si impediatur digniorem sine vi & fraude, vt detur digno, secundum Lud. Carb. *ubi supra*, in 4. *conclusio* la. 2.

Hinc explicanda quæ venit sententia quædam Scoti, 9.2. & Richard. in 4. *dist. 15. art. 5. q. 4.* & aliorum Theologorum, quod si quis sibi vel alteri præbendam procurans, sit alij obstatulo, ne eam obtineat, idque faciat, non vt alteri noceat, sed vt sibi vel amico proficit, ad nullam tenetur restitutionem: si vero id faciat ex odio & malo animo, alterius procurans nocumentum, tunc

tunc ad restitutionem tenetur, ex text. in l. 2. §. *idem Labeo*, 2. ff. de *aqua pluui. accend.* vbi habetur, quod qui non animo nocendi aque ductum, qui per suum fundum ad vicini possessionem deriuatur, rumpit, non facit ei iniuriam: secus vero si id faciat, non vt sibi proficit, sed vt obste vicino: ad idem etiam allegatur lex. 1. §. *denique* 1. ff. de *aqua pluui. accend.* & l. *Proculius*, & l. *Aluminium*, §. *fin. ff. de damno infect.* quæ sententia Scoti & cæterorum testatur communem Nauarr. in *manu. Latin. cap. 17. n. 70.* in primis enim sententia *supradictorum* intelligenda est in specie nostræ 4. conclusionis, nempe, quando æque digno impedimentum præstat: Nam etsi regulariter ad restitutionem hoc casu impediens non tenetur, vt habet hæc nostra quarta conclusio, id tamen secundum mentem Scoti, & Ricardi procedit, quando id fit vt sibi vel amico æque digno proficit, non vt alteri noceat, secus si fiat ex odio & malo animo, vt alteri digno noceat, quia tunc secundum ipsos huiusmodi impediens tenetur eidem ad restitutionem. Secundo obseruandum erit, quod in præfata specie, siue impedimentum fiat ex bono, siue ex malo animo, ad restitutionem impediens non tenetur, & sic respectu huius membri sententia præfata Scoti, Ricardi & sequacium vera non est: Nam qui suo vicino iure præbendam abique vi & fraude sibi vel amico procurat, etiam si ex alterius odio id faciat, & contra charitatem delinquit, ad nullam tenetur restitutionem: Quantum namque ad restitutionem attinet, non est impediendum, quo animo id fiat, sed quo iure: Si iuriter recto iure sit, quia est æque dignus, non habet locum restitutio, quandoquidem damnum iniuste non fit impedito, cum iniudis vtatur iure suo, atque ex odio & malo animo id faciat, ad charitatem violandam potius attinet, quam ad iustitiam distributiua vel commutatiua; ac proinde quamuis ex hoc peccet, non tamen tenetur ad restitutionem, quia intentio mala sine opere iniurioso, non obligat ad restitutionem damni secundum communem, quam refert & sequitur & probat Nauarr. *ubi supra*, numer. 70. Nec obstat *dist. leg. 2. §. idem Labeo*, quia animus nocendi potest quidem esse peccatum contra charitatem, non tamen potest obligare ad restitutionem, nisi vbi fieret contra iustitiam, vt est prædictum, qui enim non vt sibi proficit, aquam vicini ardet, videtur non facere iure proprio, & ideo potest in iudicio exteriori prohiberi: si autem velit fundamentum mori ducere per aquæ ductum, qui per suum tranfit fundum, ob idque venas aquæ rumpit, licet ex odio faciat inimici & charitatem violat, non tamen tenetur ei ad restitutionem: at qui sibi vel amico procurat præbendam iure proprio vtens id facit, quamuis alteri æque digno impediatur consequentiam eius præbendam, quare ad restitutionem non tenetur, quamuis peccet contra charitatem ex odio & malo animo id faciens: & ita merito contra opinionem Scoti & sequacium in hoc libenter tenet ac probat Dominicus à Soto lib. 4. de *iustitia & iure*, *dist. 9. 6. artic. 3. versic. illa tamen sententia*, & Ledesimius in 2. 4. *quæst. 18. artic. 2. fol. 255. column. 1. versic. si quis sibi*, & Ioseph. Angles in *ius floribus Theolog. quæst. in 2. part. in quæst. de cleric. restit. obnoxio*, pag. 212. in 7. *difficultat. in princip.* & fol. *seq. in versic. hinc si impedimentum*, & c. & Nauarr. *ubi supra*, num. 70. & Petrus à Nauarr. *ubi supra*, num. 7. cum sequentibus, vbi refert eandem sententiam tenere Mercad. & Bartholom. Medin. num. 5. post Nauarr. *ubi supra*, num. 71. ibi, *Respondens enim potest*, respondet, ad d. §. *denique cum similib.* sequitur nouissime Aragon. *ubi supra*, in 5. *conclusio*, pag. 210. cum *seq.* & post hæc scripta hunc articulum late examinat Ludouic. Carb. de *restitut. q. 29.*

per totam, vbi nititur defendere atque probare sententiam priorem Scoti & sequacium dicens esse probabilem, quamuis teneat, adhuc non esse restitutionem totius boni faciendam in præd. specie, distinguens tres casus. Tandem inquit secundum præfatum sententiam Scoti & sequacium, quem nos *supra* defendimus, sua probabilitate non carere, & quod eam recentiores libenter defendunt, & suas habet rationes probabiles, estque ad praxin magis accommodata agitque etiam de intellectu d. l. 2. §. *idem Labeo*, & iterum *idem anth. quæst. 30. in 7. addenda est prædictis l. 19. tit. 9. part. 7.* vbi non tenetur actione iniuriarum, qui impedit officium prouidendum alicui, vt detur alteri, quem affirmat digniorem, quia non est præsumendum, hoc fecisse animo iniuriandi illum, sed vt prouiso vel amico, pro quo intercedit, proficit.

Ex quibus constat ratio secundum D. Sanct. Thom. nempe, quod qui impedit eum, qui erat in via ad obtinendam præbendam, si iniuste id faciat, tenetur ad restitutionem, nempe, quia intendit eius nocumentum propter odium aut vindictam: facere enim ex odio aut vindicta solum, neminem ad restitutionem astringit, sed facere iniuste, hoc est, nullo iure, sed alienum violando: facere tamen ex odio, est signum aliquod te nullo iure vt: ita Dominicus à Soto & Ledesim. *ubi supra*, & Nauarr. d. num. 70. *versic. quæ solutio*.

Supra dicta conclusio limitatur, ut non procedat, si in specie ipsius impedimentum contingit per vim, fraudem, aut dolum, vel mendacium: hæc enim reddunt confertentem inuoluntarium, ac proinde mutatio voluntatis confertentis in hunc modum, obligat mutantem ad restitutionem faciendam, etiam si eam mutationem fieri curauerit in fauorem æqui digni, cum iniuriosa sit, ac per iniuriam damnatum alteri intulerit, secundum Couarr. *ubi supra*, *dist. num. 2. in 2. conclusio. in versic. forsassis tamen*: sequitur Ledesimius *ubi supra*, fol. 254. column. 4. *versic. si enim*, vbi explicat in eo, qui dignum impediuit à consequatione præbendæ, eum detinendo vel decipiendo, ne petat, vel malum de eo prouisorio dicendo, vt ostenderet illum non esse dignum, vt si dixisset, *Est idiota, est concubiniarius, & similia*, cum tamen non sit, nisi doctus & studiosus; sed & alia exempla in praxi contingibilia refert idem auctor eod. fol. 254. col. 2. per totam, quæ apud ipsum sunt videnda: consentit Mercad. lib. 6. de *contra. dist. cap. 17. fol. 214. column. 2. ibi*, *Si se loquitur*, & Petrus à Nauarr. *ubi supra*, num. 12.

Secundò limitatur eadem quarta conclusio, quando impeditur consequutio beneficii beneficium absque præfensione, quod alteri conferatur digno, quia tunc iuxta certitudinem electionis vel confirmationis impediens tenetur ad satisfactionem, vt per Mercad. *ubi supra*, fol. 215. in *princip. in versic. Adm impeditur*.

Quinta conclusio: Impediens indignum à consequatione beneficii, ad nullam restitutionem tenetur, quia indignus non habet ius ad petendum beneficium, nec illud retinere potest, & iure est priuandus: & in hoc omnes consentiunt. Quod procedit, etiam si id fiat dolo, fraude & animo nocendi, & non vt proficit Ecclesie, quia licet ob id peccet impediens, adhuc ad restitutionem indigno huiusmodi non tenetur, vt tenet Adrianus in 4. *quæst. 10. de restitutione*, ad 4. quem sequitur late id probans & defendens Ledesim. *ubi supra*, fol. 255. col. 2. *versic. sed adhuc potest dubitari*, & Lud. Carb. *ubi supra*, *conclusio*, 2. & 3.

Sexta conclusio: Vbiunque in precedentibus assertionibus docuimus esse obligationem restituendi, obseruan



obseruandum erit, non semper eam esse ad æquale præfite, sed arbitrio boni viri, qui damnum æstimabit, ex variis circumstantiis distinguens negotium illud, cum non ita damnum æquale inferatur ab eo, qui impedit Sacerdotij collationem digniori dignoue fieri, eo tempore, quo ea nondum erat facta, sed tantum erat ius quoddam imperfectum ad eam, quia non erat firmatum quod ei daretur, ac si impediatur collationem iam factam, eius reuocationem precibus & sollicitudine procurans: tunc enim ius in re acquisitum auferitur, ac proinde plenaria restitutio damni illati, hoc est, in totum erit faciendâ, vt constat ex sancti Thom. & Caiet. d. q. 62. art. 2. ad 4. Syluest. Adrian. & Palud. supra citatis ac Florent. 2. part. iii. 2. cap. 1. §. 26. & Couar. d. num. 8. in 4. conclusione, in vers. hæc verò, &c. & Mercad. vbi supra modo cum citauimus: & ante hos optime Soto d. lib. 4. de iustit. & iur. quæst. 6. art. 3. vers. at verò quoniam, vbi secundum D. Thom. discernit tres casus.

78 Primus est, quando ÷ elector nondum animo constituerat huic dare, sed erat in via, & tunc restitutio est faciendâ ad arbitrium prudentis viri, secundum D. Thomam.

79 Secundus casus est, quando ÷ prelati constituerat illi dare, quo casu ex D. Thom. deducit Caietan. ibi, in 4. dubio, teneri impediendum in totum, iam elector decreuerat dare illi; quod sancti Thom. expressè non dicit, nihilominus tamen deduci potest ex eius litera, dum dicit, Firmatum est, idque sequitur Ledesim. vbi supra, fol. 254. colum. 3. vers. sed quid intelligit, sequitur Didac. Perez vbi supra, colum. 256. vers. si verò, & Aragon. vbi supra, in d. 6. conclusio: sed improbat latè Nauar. d. cap. 7. num. 71. ipse tamen Sot. in hac specie distinguit in hunc sanè modum, nempe, vt si impediens per vim vel fraudem mutauit animum collatoris, teneatur digniori, & etiam digno impedito in totum ad restitutionem, quia ei per fraudem abstulit, quod iam pene habebat: & hoc significat S. Thom. quando dicit, in iure, & propter indebitum causam, quamuis tenera non videtur hac in specie totum damnum esse restituendum, etiam data vi vel fraude, quia non rectè sit æquiparatio huius casus cum 3. sequentibus, quando auferitur beneficium iam collatum, vt patet ex traditis per Nauar. dist. cap. 17. nu. mer. 71. & Mercad. vbi supra & ante eos tenuit Syluest. in summa verb. restitutio. 3. quæst. vltim. sequitur Ledesim. vbi supra, fol. 254. colum. 3. in vers. sed quid intelligit, & hoc sequor: si verò, inquit Soto, non per vim aut fraudem id impediens faceret, sed precibus patefaciendo veritatem, licet mutauerit eius voluntatem in fauorem alterius digni, non teneatur ad restitutionem: quod sequitur Ioseph. Angles in suis floribus Theolog. q. quæst. 2. de clericis restitum. ob nox.

80 pag. 213. vers. si collator. Tertius casus ÷ est, quando iam contulit beneficium, & de hoc nihil meminit D. Thomas, quia hoc non esset impedire, sed tollere, secundum Caietan. dist. quæst. 62. artic. 2. Quare si quis collatione facta possessionem iniuste impedit, tenebitur in totum impedito ad restitutionem, secundum eundem Soto ibidem dicentem hoc esse manifestum: sic etiam ipse collator, si postquam vni contulit beneficium, mutata voluntate alteri idem beneficium conferret, peccaret & non valeret collatio & teneatur restituere, etiam si secundus esset longe dignior, secundum Nauar. vbi supra, dist. num. 71.

81 in vers. at qui iam contulit. Illud ÷ autem quod dicit, non valere secundam collationem, intelligendum est, quando prima facta per ipsum non fuit secundum iuris ordinem reprobatâ siue cassata, quia tunc beneficium non vacans non potest nec debet in alium rite

transferti, vt est text. in hoc expressus in cap. considerauimus, 10. in ordine, de electione, & in cap. post electionem, vers. al. quoniam, de concessione præb. si autem rite & rectè fuit prima collatio vel electio cassata, & sic beneficium iure vacante, alteri de eo iuste prouisio fieri poterit, nec restitutio priori faciendâ est, siquidem ab eo iniuste ablatum est beneficium.

Addit tamen Caietan. vbi supra, dist. q. 62. ad 3. dubium, quod ad hoc vt impediens pignus, teneatur vinculo restitutionis, requiritur, quod impediens violenter iustitiam distributivam & propositum prouisoris, quo volebat conferre præbendam digniori: alias, his duobus simul non concurrentibus, sed de vno eorum tantum, impediens non teneatur ad restitutionem: quia si non est propositum prouisoris iure collatoris, non est beneficium proprium dignioris, sed commune, & ille impediens non teneatur applicare, sed prouisor: Ergo tunc impediens non teneatur ad restitutionem, Quando autem incipit fieri dignioris propter propositum collatoris, tunc impediens illud propositum distributoris, teneatur restituere digniori vel digno impedito: sed nihilominus contrarium videbatur verius, imò quod quomodocumque impediatur dignus iniuste, siue quando iam est firmum propositum collatoris, siue ante illud: Imò licet Episcopus nondum de illo cogitauerit, si tamen moraliter sciebatur, quod si iret & peteret, obtineret beneficium, teneatur illum impediens eidem ad restitutionem, vt probat Ledesim. vbi supra, fol. 254. colum. 2. vers. sed basiliab. & solio sequent. in princip. Verum tamen est, quod quando adest propositum collatoris, digno vel digniori conferendi, facilius ac certius scitur, quod ille impeditus habiturus esset beneficium, ac proinde distinguendum erit in hac specie, an illud propositum esset firmatum, necne, prout supra, ac iuxta ibi dicta restitutio erit faciendâ.

Quando verò illud propositum non erat in collatore, quia nunquam de illo digno vel digniore cogitauerat, difficilius dignosci potest, vtum ille esset habiturus, si peteret, nec ne, quare etiam moraliter intelligeretur, quod si iret ad collatorem & peteret, obtineret, adhuc tamen ratione nonnullæ incertitudinis, cum illud sit quid contingens, & nonnunquam fallax, non verò omnino certum, non in totum omne damnum restituendum esset, sed aliquid arbitrio recti & prudentis viri, & forsitan nihil, cum auctoritas Caiet. asserentis, quod nihil hoc casu restituatur, maxima sit, & fortassis in actu practico sequenda, quam probat Nauar. in manual. Latin. cap. 17. num. 74. ad finem, & circa supra dicta in hac sexta conclusioe plura differit Petrus à Nauar. vbi supra, num. decimo septimo, cum sequentibus.

Septima conclusio: Impediens ÷ alterum ad confectionem legati, hereditatis, vel gratiæ donationis, dolo, vi vel fraude, teneatur eidem ad restitutionem arbitrio boni viri secus si absque vi aut dolo, & fraude, etiam odio, vel vt sibi consulat, alterum ad mutationem voluntatis induxerit: ita D. Couar. uias vbi supra, numer. 8. conclusioe 5. hoc modo temperans sententiam Paladani, Caietani & Syluestri, tenentium, generaliter & indistincte non esse hoc casu inducendam obligationem restitutionis, etiam si ad sit suggestio secundum Syluestrum: Eius namque opinio intelligenda est, cum suggestio sit abique dolo: secus alias: Quam sententiam Couar. ad literam, eo tacito, sequitur & omnino probat ex exempla fingens Ledesim. vbi supra, fol. 216 in vers. ego autem, & Nauar. dist. cap. 17. numer. 73. & Ioseph. Angles vbi supra,

in vers. idem censo, & in vers. segg. & Soto dist. lib. 4. de iustitia & iure, quæst. 6. artic. 3. in vers. atque inde secundo, & nos quoque de hoc diximus lib. 1. Canon. quæst. cap. 37. num. 20. & Petrus Nauarra vbi supra, num. 11. nempe lib. de restitutione, cap. 5. vbi cum Mercad. aduertit sic impediens, vt videant, quemadmodum id efficiant, ne nimis contradicant, infirmum terrendo voce, vultu, contristatione vel lacrymis, &c. ita vt sepius contingat id concedere, quod noller, quia importuna preces merui æquiparantur, & allegat alios idem tenentes: eandem septimatam conclusionem sequitur Aragon. vbi supra, in 1. conclus. pag. 210.

84 De scholaribus ÷ suffragia præstantibus in prouisione cathedralium omnino dicendum est in omnibus, quod in electore, prouisor, collatore & cæteris distributoribus Ecclesiarum, præbendarum ac Sacerdotiorum, necnon & numerum publicorum, supra ratiocinatum atque discussum est, vt in terminis latius extendentes, sed idem quod supra in his docuimus, tenent ac probant Dominici: à Soto d. lib. 4. de iustitia & iure, art. 6. quæstion. 3. artic. 3. colum. penult. & fin. & Ledesim. in secundam 4. quæstion. 18. artic. 2. fol. 256. colum. 3. vers. 2. conclusio, quicquid contrarium tenent Petrus à Nauar. lib. 2. de restitutione, cap. 2. num. 160.

85 De impediens ÷ autem per vim vel fraudem aliquem, ne obtineret cathedram aliter, quam suffragia ferendo, nempe arcendo cum ne cathedram peteret, quam certum erat moraliter vel alioqui obtenturum, aut si deciperet electores, ne illum eligerent, quia exspoliant eum eo iure, quod ad petendum habet: idem Soto, & Ledesim. vbi supra, vbi quod teneantur ei, vel in partem, vel in totum pro ratione fraudis aut vis. Tandem agunt ibi præfati auctores de iniustitia commissa a scholaribus suffragando, de quo ibi per eos. Denique addit ÷ vnum notabile Soto, scholares suffragia præstantes, non testes, vt aliqui opinantur, sed veros electores esse, vt bene ibi hoc probat, inferens ex eo, quod compelli, vt testes, non possint ad suffragandum, sed quod possunt renuntiare iuri eligendi, nisi quando Rectori, & qui ei sunt à consiliis, vel propter paucitatem vel ad rescindendas alias fraudes, ratio pareretur; vt compellerentur.

87 Hinc ÷ de decidendum iuste venit dubium, quod sæpe contingere solet in capitulis Ecclesiasticis; An canonicus vel alius de capitulo possit in electione fienda, vel aliis prouisionibus renuntiare iure eligendi illa vice, hoc est, quod vniuerso dicitur, cassat suu voto? Et videtur id licere, præcipue cum hoc fit iusta causa, nempe, quia est dubius de maiori idoneitate eligendi, quia sunt plures oppositores, & nescit, quem eligere debeat, vel quia omnes sibi minus idonei videntur, ne Ecclesia damnum inferat, vel alias iusta de causa, quod comprobatur ex supradicta doctrina Dominici, à Soto, idem decidens in electoribus cathedralium: Quare ita videtur tenendum etiam in canonicis, nisi vel propter paucitatem eligentium, vel alias fraudes euitandas ratio diceret, vt compellerentur à capitulo suffragia ferre, iuxta limitationem Dominici, à Soto, vbi supra.

88 Postremo ÷ ex omnibus supradictis inferitur, parentem, qui ex Regia facultatis virtute primogenium instituit, vel ex legum Regiarum auctoritate meliorationem ex tertia vel quinta bonorum suorum parte, vel maioratam inter liberos fecit, teneri in foro conscientie sub reatu peccati mortalis, non solum dignum, sed etiam digniorem ex eis eligere: quod etiam comprobatur ex l. Iacinta. Codic. de secund. nupt. vbi

disponitur, quod mater, quæ tenetur filiis prioris matrimonij lucra eiusdem referuare: potest vni eorumdem illa prælegare, dummodo in illum, non ex sola voluntate, sed ex contemplatione meritorum iudicium suum dixerit. Accedit quod in Testamento veteri legitur, plures minores nau prælatos fuisse primogenitus, & in terminis nostris, ex his hanc sententiam probauit Palat. Rube. in repet. capit. per vestras, in 3. notabil. §. 26. num. 1. cum pluribus sequentibus, de donat. inter vir. & vxor. & Archiepiscopus Florentin. in tertia parte sue summa, tit. 10. cap. 1. §. sed si fundum, num. 7. ff. de leg. 2. Lud. Gomez in cap. 2. num. 23. de constitut. lib. 6. Antonius Gomez in leg. 17. Tam. num. 18. D. Simanc. de institut. Catholic. cap. 9. num. 12. & de primogeni. Hispan. lib. 3. cap. 3.

Sed ÷ quamuis hæc opinio tutior atque bonis moribus conuenientior sit, in rigore tamen iustitiæ contraria verior videtur & tenenda, imò quod possit pater in persona filij maioris natu, dummodo indignus non sit vel incapax, prætermittis dignioribus maioratam instituire, vel meliorationem tertij & quinti facere absq; peccato. Primò ex text. in l. 18. Tam. que permittit parentibus, beneficium hoc meliorationis in quemlibet ex filiis aut nepotibus, quem voluerit, conferre: idemque concedere solent amplissima facultates Regiæ ad maioratum sciendum concessæ. Ergo liberum erit eidem parentibus, quemlibet filiorum eligere atque præferre, absque vlla consideratione maioris vel minoris meriti: Nam vt inquit D. Thom. 2. 2. quæst. 63. art. 1. ad 1. in datione ÷ pertinet ad liberalitatem nulla contingit personarum acceptio, nec iustitia aliqua infringitur: quod etiam ex pluribus probat C. à Soto lib. 3. de iustit. & iur. quæst. 6. art. 2. Ergo cum: hæc melioratio vel primogenij institutio sit omnino patris liberalitas, nullo iure debita, poterit fieri ad libitum in persona illius filij vel nepotis, vnus vel plurius, pro vt sibi magis placuerit, absque vlla obligatione ad id eligendi meliorem ac magis benemeritum. Secundò & præcipue, quia pater meliorandò minus dignum, omisso digniore, nec peccat contra iustitiam commutatiam nec distributiuam. Ergo nullam culpam contrahit. Antecedens probatur, quia iustitia commutativa tunc infringitur, cum ab aliquo auferitur, aut ei non redditur quod suum est vel ei necessario debetur, vt proprium & priuatum, ac particulare bonum: at verò iustitia distributiva violatur, quando bona communia vnus vnuerfitatis vel familiaris distribuenda sunt inter eos, qui sunt eiusdem vnuerfitatis vel familiaris, alicuius priuari auctoritate, iuxta cuiusque dignitatem & merita, ex his: quæ docet sancti Thom. 2. 2. quæst. 61. art. 1. ad 3. & quæst. 62. art. 1. & diximus supra, sed in nostra specie hæc bona, quæ per meliorationem vel maioratum pater in filium transfert, nec sunt propria dignioris, nec ei, vt propria debentur necessario, vt patet: Quocirca quidem ea possidens, verè & iniuste ea possidet auctoritate Principis vel legis, nec ab eo renouari possunt à digniore omisso, nec eidem in conscientia melioratus ea restituere tenetur, qui tamen cogendus ad id esset, melioratio facta foret aduersus iustitiam commutatiam. Præterea nec eadem bona vnus alicuius vnuerfitatis, nec communia familiaris, sed propria patris, qui sane dominus est verus & solus eorum, ad ipsiusque patrimonium pertinent, & de his libere disponere valet, dummodo legibus humanis vtatur: Ergo non peccat aduersus iustitiam distributiuam. Tertio, quia ÷ quamuis ad honestatem & moralem filium obligationem pertineat, quod pater digniorem cæteris præferat in remuneracionem & præmium virtutis: hæc tamen moralis obligatio non imponit